234-38 ~~Adicio~~ N. 1.

Noverint Universi quod Anno a nativitate domini millesimo quingentesimo nonagesimo die vero Jovis decima tertia mensis septembris Inpresentia mei Natalis Rebollo auctoritate regia notarii publici Barcinone testiumque Infrascriptorum ad hec vocatorum et rogatorum eum presentia personaliter constituta nobilis Stephania Palou et de hospital Baronissa de Arapruniyano ac de fonte rubeo vidua relicta nobilis Ugonis Funaller maris et de palou quondam domini Baroniarum de Arapruniyano In vicaria Barcinone ac de fonte rubeo In vicaria penitensi et quadre de Villanova Invicaria Barcinone Barcinone populata In quadam aula Castri fidelium verbo dixit et exposuit mihi dicto et Infrascripto notario Coram testibus Infrascriptis quod cum nobilis Joanna de Palou filia sibi et dicto quondam nobili Ugoni viro suo communis heres universalis dicti quondam nobilis Ugonis patris sui Illius ultimo testamento condito et firmato apud me dictum et Infrascriptum notarium die decimo quinto mensis marcii anno a nativitate domini millesimo quingentesimo octuagesimo quinto ac etiam heres universalis domini Joannis Ugonis Funaller maris et de palou quondam fratris sui ab Intestato superstite tantum sibi Ipsa nobili Joanna nepte sua defuncti prout constat quadam declaratione seu adiudicatione In favorem Ipsius nobilis Joanne facta In Curia vicarii Barcinone sub diversis chalendariis quorum primum fuit die sexto ultimum vero publicationis scilicet sententie die decimo quarto mensis Marcii proxime preteriti decesserit de mense Augusti proxime preterito ab Intestato nullis relictis descendentibus cum decesserit In pupillari etate nec minus ascendentibus seu collateralibus consistentibus Infra quartum gradum Juxta ordinem Juris civilis superstite tantum sibi Ipsa nobili Stephania Illius matre de Jure proximiore ob deffectum descendentium aliorumque ascendentium et etiam collateralium Infra quartum gradum consistentium. Et sic eidem nobili Stephanie tamquam matri et proximiori ut predicitur et alias hereditas et universa bona ac Jura universa que fuerunt dicte nobilis Joanne quondam filie sue sibi Ipsi pervenerint ab Intestato et delata fuerint. Cum hoc presenti publico Instrumento ubique perpetuo valituro In presentia mei notarii et testium Infrascriptorum hereditatem dicte nobilis Joanne filie sue adivit et acceptavit animumque adeundi et acceptandi habuit et habere dixit et declaravit heredemque dicte

filie sue, esse velle dixit et voluit dicendo et declarando quod huiusmodi adicione
animique declarationem non fieret prout nec fieri intendebat preiudicium posses-
sioni quam habebat pro dote sponsalicio ac aliis iuribus iuxta scriptam
antiquam laudabilem consuetudinem bar(chinone) constitucionemque generalem
Cathalonie Perpinyani editam (Chat nra) incipientem ... dixit ex-
posuit et declaravit quod baronias de Crapruniano et illius loca ac de Font
Rubeo et Grabuael necnon quadram de Vilanova universaque alia bona
iura et actiones que fuerunt dicti Joannis Ugonis Frualler March et de
Palou et nobilis Ugonis Frualler March et de Palou illius filii virique ipsius
nobilis Stephanie nedum tamquam tenentem et possidentem pro dote sponsa-
licio ac aliis iuribus suis et ut succedentem dicte nobili Joanne filie sue
sic ut prediciture defuncte, verum etiam aliis certis et legitimis titulis iurib(us)
sive causis (citra iurium suorum confusionem) possidere intendebat dicebat
et declarabat prout dixit et declaravit cum expressa tamen salvitate et
protestacione quod per dictam adicionem acceptacionem animique sui declara-
cionem nec quod huiusmodi neque per quoscumque actus possessionis seu alios forsan
factos seu de presenti vel aliter faciendos iura et actiones sibi dicte nobili Ste-
phanie et suis quomodolibet competentia et competentes competereque debentia
et debentes quomodocumque et qualitercumque quibuscumque racionibus nominibus iuribus
titulis sive causis non sint confusa nec confuse nec ei aut sibi nobili Ste-
phanie vel suis nunc vel in futurum aliquod fiat seu generetur aut fieri
vel generari possit preiudicium quominus sibi et suis salva et illesa ac salve
et illese remaneant et sint. Et ut de huiusmodi sui animi declaracione adicio-
ne aliisque predictis constare valeat petiit et requisivit predicta continuari
et de eisdem instrumentum confici sibique et aliis quorum interesset fieri dari et tra-
di unum et plura publicum et publica instrumentum et instrumenta per me dictum et in-
frascriptum notarium. Que fuerunt acta in predicto Castro Fidelium die mense anno
et loco predictis presente et ad hec vocato atque rogato me dicto et infrascripto notario
et presentibus etiam testibus Gabrielle Christophol et Genesio Marti in dicto
Castro residentibus.

Signum Petri Ferrer auctoritate regia notarii publici Barchinone
qui huiusmodi instrumentum vice et loco honorabilis et discreti Natalis
Castello eadem auctoritate connotarii sui negotiis occupati
repertum inter scripturas eiusdem connotarii notatum
aliena manu scriptum licentia sibi per honorabilem regen-
tem vicariam Barchinone impensa clausit die vicesima
tertia mensis novembris anno a nativitate Domini M. D Lxxxx

Aditio de la heretat de dona Joaneta Palou feta per la s.ra dona Stephania Palou.

n.° ~~14~~ Y

N 14

EM 228 ~~80~~ E